



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

17. Non malis, sed bonis artibus, pecunias esse quærendas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

numismata peruenit, deditq; illa vendenti. Ipse igitur, dato lapide, acceptaq; pecunia, venit ad uxorem suam gaudens. Quæ cum videret illum exultantem, dixit: Quanto illum vendidisti? Putabat autem quod illum quinq; aut decem minutis vendidisset. Tunc ille trecenta numismata proferens dedit illa uxori sue dicens, tanto se illum vendidisse. Ita verò summam diuinæ bonitatis clementiam admirans dixit ei: Ecce DEVS Christianorum qualis est, quam bonus, quam gratus, quam dñs! Vides quia non solum quinquaginta numismata tibi reddidit, qua tu illimutuasti, sed paucis diebus tibi sexuplicata restituit? Agnoscere igitur, quia non est DEVS alius, neq; in terrâ, neq; in cœlo, nisi ipse solus. Ille verò miraculo admonitus, cū experimento didicisset & ipse veritatē, effectus repente Christianus, glorificauit Deum & Salvatorem nostrum Christum cum Patre & Spiritu sancto, plurimas referens gratias prudenterissimæ uxori sue, per quam vera Dei notitia ipsi in veritate concessa est.

Verè bona vxor magnum est bonum mariti. Hæc docuit virum suum sanctam & suram; neque solum diuitem fecit, sed etiā Christianum. Vtinam haberet multas imitatrices! Aliæ uxores, vt earum superbiae satisfiat, coniuges suos, ad fraudes, ad rapinas, ad mille dolos adigunt; furtæ eorum occultant, distrahunt, dissident; neque conantur bonis artibus ditescere. Enim uero blamatijs, aut nequitij suis corda virorum euertunt, & ad hæreses, aut alios errores, nec raro ad idola pertrahunt, quod ipsi contigit Salomoni. Non est hoc bonæ uxoris, de qua dicitur, sanc&titificatus est vir infidelis, per mulierem fidem: quod de S. Cæcilia legimus<sup>1. Cor. 7.14.</sup>, quæ maritum suum Valerianum; de Theodora, quæ Sisinnium; de Clotilde, quæ Clodouæum; de Natalia, quæ Adrianum, per precies, per verba, per bona opera, per exempla sancta, conuertit. At maritum habes fidem? si non potes illum conuertere ad fidem, in qua iam est, conuerte ad iustitiam, conuerte ad misericordiam, conuerte ad charitatem; doce eum dare eleemosynas, nec ei manum iniice dare cupienti, quod multas, prō dolor, auarissimas Orci Nymphas audiuius factitare.

Discite h̄ic & vos pecunia sititores, non pluris facere industriam vestram, quam gratiam diuinam: non magis confidere, in vestro labore, quam in Dei ope. Vanum est vobis, ante lucem, Psal. 126. 2. surgere; vanum, tota nocte, laborantes vigilare, & facere operationes in fluminum nautigandorum, aut sudorum aquis multis; nihil capietis, si Christus non sit vobiscum. Nisi Dominus adiutor erit do-

## XVI.

<sup>1. Cor. 7.14.</sup>

P

mum,

## XVII.



rum, in vanum laborauerunt, qui edificant eam. Hic messor plus cessando messuit, quam alij, vsque ad occasum solem, se defatigando. Discite, mortales, inter vera & vana auxilia, discrimen facere. Nolite vobis promittere à mandragoris pecunias; non fert ea radix nummos. Nolite effodere thesauros, quos atri custodiunt canes. Cerberus, non Deus; Gryphes, non Coelites, habitant in illis hypogæis. Nolite animam vestram vendere tribus Philippæis, Christum triginta argenteis. Non dat Orcus opes, quibus ditescatis. Cum putaueritis vos habere crumenam ære, grauem, carbones thesaurus erunt; & sèpius stercora, quam nimis mата colligetis. Denique, quando nihil acceperitis, cum Pluto, Plutonem estis adoraturi. Deum colite, ille aurum creavit. Ille, cum nemo iuuuerit, ditabit. Ille & diuinam virgulam, & auream, sed castam, pluviā potest è cœlo mittere. Ab illo, tanquam sponsæ, arrham accepistis, quidquid habetis. Cauē, homo, ne de tua anima sit illa querela: *Et hac nesciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei, & aurum, quæ fecerunt Baal, quasi dæmonis, non Numinis dona; ab Inferis, non à Superis impetranda.* Si qua re indiges, Patrem adi, non hostem apud quem, qui volunt diuites fieri, incident in tentationem, & in laqueum diaboli. Hinc tam multi, ob amissam vnicam vaccam, aut leue damnum, seipso suspendunt: verè enim in laqueum diaboli incident, quem illis tetendit.

Osee. 2. 8.

1. Tim. 6. 9.

## C A P V T X I V .

*Diuine bonitatis iudicia, in Sacramento Baptismi & Confirmationis gratiaq; diuina, mirabiliter suppeditatis.*

I.



Vòd si, iudicio Dei, à pecunijs alijsq; terrenis bonis homines desertissimi tantam habent compensationem, ut vel diuinitus pecuniā iuuentur, vel alia accipient bona pecunijs longè præstantiora: quid elegenti non erit sperandum de cœlestibus thesauris? Inter quos est diuina à Christo promanans gratia, quæ minimè opinantibus atque etiam haud merentibus sèpe affulget & datur; diuinaque Sacra menta, quæ mirabili prouidentia instituta, mirabili-